



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma purgatione[m] canonica[m] diffamato i[n]dice[n]di.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

alteri vices suas,) iuxta cap. Multorum querela de hæret. in clemen. ferant sententiam per hunc modum, vel similem in effectu.

Forma purgationem canonicam diffamato indicendi.

Nos N.miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum in terris talis domini, inquisitor hæreticæ prauitatis a sancta sede Apostolica spâliter delegatus: Considerantes, q̄ meritis processus facti per nos contra te talem, taliis diecessis, nobis delatum de tali hæretica prauitatem, s. p. &c. nō intenimus te confessatum, nec coniunctum de prædicta labe, nec alias suspectum, nisi q̄ te reperimus legitime ac veraciter in tali villa †, ciuitate, vel diecessi, & apud bonos & malos publice diffamatum; Ea propter ad purgadum huiusmodi infamia tibi indicimus purgationem canoniceam, vt est iuris, assignando tibi talem diem talis mēsis, ac talē ^{+ Id est, op. me ac veraciter in tali villa †, ciuitate, vel diecessi, & apud bonos & malos publice diffamatum;} al. ita ma horam illius diei, in qua cōpareas personaliter ordinis tui: qui quidem compurgatores tui, sint homines fide catholici & vita probati, & q̄ conuersationem tuam, & vitā nouerint, nō tam moderno tempore quam transacto significantes q̄ si in purgatione defeceras, te habebimus pro coniuncto, prout volūt canonicae sanctiones.

Hic autem considerandum est, quod cum ali quis reperitur legitimate de aliqua hæresi publice diffamatus, & cōtra eum aliud non probatur nisi infamia ipsa sola, sibi indicitur purgatio canonica: hoc est, q̄ habeat bonos aliquos viros septē, decem, virginū, vel triginta, secundum quod plus, vel minus, & in locis pluribus, vel paucioribus, magis, vel minus insignib⁹ fuerit diffamatus, qui sint lux conditionis, vel ordinis: vt si diffamatus est religiosus, & illi sint religiosi: si clericus sacularis, & illi clerici seculares: si miles, & illi milites, qui purgēt eum a criminis, de quo est diffamatus esse matus: qui compurgatores debent esse homines debent com fide catholici, & vita probati, qui & illius cōuerit purgationem & vitam, nou tam moderno tempore cognouerint, quam antiquo, vt habetur extra de purg. cano. c. Inter sollicititudines.

Pena recusā Si autē se purgare noluerit, excommunicetur: quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, ex tunc vt hæreticus cōdemnetur, iuxta c. Excommunicamus itaque, s. qui autem de hæret.

Pena deficitis in cōpurgatione. Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione defeceras, hoc est, q̄ purgatores tales, & tātos, prout est ei in iunctum, qui eum purgent, nō inuenierit, pro coniuncto habetur, & sicut hæreticus condemnatur, vt habetur extra de hæret. Ex communicamus i. s. adjicimus, & versi, qui nisi te, & de purg. cano. c. Cum dilectus.

Considerandum b etiam hic est, quod quādo dicitur quod indicatur diffamato, quatenus purget se, tria vel quarta manu ordinis sui, q̄ orō sumitur ibi in genere, & non in specie: unde

A si Episcopus purgandus est, nō negatur, quin si Episcopis, in purgatione possint admitti abbates & religiosi presbyteri, & in alijs pari forma: de purg. cano. c. Quoties. Purgabit autem se diffamatus per modum, qui sequitur, vt colligitur extra de purg. cano. c. Quoties. S. Porro. & c. Acce.

Forma purgationis canonice a diffamato de hæresi facienda.

B ADVENIENTE autem termino eidem diffamato ad se purgandum canonice assignato, comparebit personaliter purgadus cum ius cō purgatoribus coram Episcopo, seu Inquisitore, in loco vbi noscitur infamatus: & ille qui diffamatus est ponens manum super librum Euangeliorum ante eum positum dicet sic: Ego iuro super quatuor ista Euangelia sancta Dei, quod talē hæresim exprimendo eam, de qua est diffamatus: nunquam tenui: nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo. Negabit s. cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid sit illud: Quo factō omnes compurgatores ponent manū super predictū librum Euangeliorum, & quilibet dicet ita: Et ego iuro sup ista sancta Dei Euāgelia, quod credo ipsum verum iurasse. Et tūc canonice est purgatus.

Considerandum d est etiam, q̄ diffamatus de hæresi, ibi est purgadus, ubi noscitur diffamatus: & si in multis locis fuerit diffamatus, imponatur sibi, q̄ in omnibus illis fidem catholicam publice profiteatur, & detestetur hæresim, de qua ibi noscitur infamatus, de purg. cano. c. Inter sollici tuidines.

D Nec cōtēnat qui canonice de hæresi se purgauit: nam si post purgationē incidit in hæresim iam purgatam, pro relapso habetur, & tūc vt relapsus est tradendus curia seculari, iuxta c. Excommunicamus i. s. adjicimus. & ver. vel si post purgationem, &c. Ad abolendam s. illos quoq; Seclus autem si in aliam hæresim incidit, de qua se ante non purgauerit, iuxta c. allegatum.

COMMENT. XXXVIII.

O Bseruandum hic est primū, hunc modū secundum finiendi processum fidei differre a septi mo, in quo etiam agit auctor de indicenda canonica purgatione ipsi diffamato, sed ille amplius ibi, ex alijs indicis de hæresi erat suspectus, & ppter ea nō modo purgationē, sed etiā abuturione simul effubire coactus, hic vero solū erat infamatus de hæresi.

Et qua ad hunc modum spectat, repetunt Tabeis in sum. verbo, Inquisitor. s. 13. nu. 14. & Sprēne gerius in malleo maleficarum, par. 3. q. 21. Locatus in hoc modo in operē iudiciali verbo, purgatio, et in si. operis in ne quid formā serendi sententia cōtra diffamatum de hæresi, vt purget se canonice, plenissimē etiā Repertorum Inquisitorum verbo, purgatio, Sylvester de strigibus lib. 3. cap. 4. puncto 4. de qua multa quoque extant in cōcilio Tarragonensi relata ab Eymero supra par. 2. Franciscus Squillaceensis tract. de fidei tbo. cap. 32. & dixi multa de canonica purgatione